

Heinrich Schuckmann

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman, Iuris U. Doctor ... Exequias ... Ursulae Rosae, Coniugi desideratissimae, Moestißimus Viduus, Vir ... Dn. Johannes Georgius Dorscheus, S.S. Theol. D. ... Ad hodiernam ... paratas cupit, Omnibus omnium ordinum ... indicit

Rostochii: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77742276X>

Druck Freier  Zugang



14
Schvkman, H.,
in
Ursula Rosa,
uxor. J. G. Dorscheus.
Rost. 1654.

Pro

1054

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HEINRICVS SCHVCKMAN,

Juris U. Doctor, Codicis Professor, Duca-
lis Consistorij Assessor,

EXEQVIAS,

OVAS

MATRONE PRIMARIÆ,

URSULÆ ROSÆ,

Conjugi desideratissimæ,

*Mæstissimus Viduus, Vir admodum Reverendus
Clariss. & Excellentiss.*

DN. JOHANNES GEORGIUS

DORSCHAEUS, S. S. Theol. D. ejusdemq; Professor
primarius, ut & Ducalis Consistorii
Assessor.*Ad hodiernam primam pomeridianam honorificè
paratus cupit,*Omnibus omnium ordinum Civibus Academi-
cis decenter indicit,

✽(o)✽

ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, Academ. Typogr

Anno 1654.





opera, lateatur, iors est,
quæ admodum Reverendum
Amplissimum & Excellentissi-
mum Virum Dn. JOHANNEM
GEORGIUM DORSCH-
UM, SS. Theologiæ Doctorem,
& ut antè de Academiâ Argen-
toratensi patriâ per annos com-
plures præclarè meritum, ità nunc in nostrâ hâc Ro-
stochiensis Professore primarium, nec non Consisto-
rii Ducalis Ecclesiastici Assesorem, Collegam nostrum
plurimum colendum, post superatas longinqui itine-
ris difficultates ac molestias, in ipso velut primordio
institutæ apud nos Oeconomix premit, quandò ille
individuum vitæ suæ adjutorium, & juxtà cum hoc
tot virtutum insigniorum ταπειν, præpropere eheu!
funere sibi ereptum dolet. Commendant inprimis
fœmineum sexum & dignitatem matronalem, pudici-
tia, obsequium, fides, comitas, prudentia, familiæ cura
ac administratio sedula, & quæ omnis virtutis Christi-
anæ fons est, religiosa pietas. *Castitatem vel pudicitiam*
ad id requiri maximè, ut honestè vivat uxor, docet
in Politicis Aristoteles. Itaq; cum speculum intue-
tur matrona honesta, secum ità loquatur (monente
Plutarcho) si deformis est, quid essem, si deeset pu-
dicitia: si formosa, quanti fierem, pudicitia si acce-
deret? eò quod vita pudica pulcherrima matronis dos
est, quæ & ipsa utiq; servanda, & diligenter quidem
ser-

servata, cum sapia non ut reparabis arte, & (quæ
potissima ratio est) quod mentibus impudicis cum
castissimâ mente DEO minimè conveniat. *Obsequi*
marito non recusat uxor proba, quippe quæ ipsi DEO
obedientiam mulieribus imperanti parendum, & in
hoc exempla Matronarum sanctarum, cum primis Sa-
ræ, quæ Abrahamum reverenter ut Dominium suum
observavit, imitanda sibi statuit, *Fides* omne illud,
quod salutare videbitur ac utile marito, quocunq;
potest modo promover, avertitq; quod noxium, da-
mnosum, adversum, & utramq; præterea fortunam ac
res omnes, vi unionis arctissimæ, communes sibi ac so-
cias cum Marito ducit. *Comis* mulier (Ecclesiastici
verba sunt) exhilarat maritum; & cum humaniter il-
lum tractat, cor illius recreat ac reficit. Laudatur Li-
via Augusti uxor, quæ interrogata ut Augustum obti-
nuisset; respondit: Diligenter & prudenter agens sum-
mum studium adhibui, ut omnia facerem ex animo
Augusti, nec curiosè perquisivi quicquam eorum, quæ
is faceret; simulans me ejus amores neq; audire neq;
sentire. Celebratur omninò in Sacris Abigail, quæ per-
tinaci comitate ac humanitate, quâ simul & fidem con-
jugialem & insignem prudentiam ostendit, maritum
suum, hominem tamen stolidum, ab interitu vindica-
vit. *Prudens* vel sapiens foemina, judicio sapientissi-
mi mortalium Regis, domum suam ædificat, insipiens
contrà extructam quoq; destruit: ne dicam, quod stul-
ta mulier labem aspergit marito, quum multi honore

quasi, propter uxorum stultitiam. *Sedulitas* in curanda familia & administranda re domesticâ, proprium quoddam bonæ mulieris officium est. Et ut viri est virtus, teste Platone, administrare Rempublicam, ita mulieris est, familiam gubernare. Utilem sanè ac frugiferam ex eo prædicant Proverbia divina, quod manè surgat ac labore, quærat lanam & linum, operetur consilio manuum suarum, quodq; institoria navis instar, merces è longinquo advehentis, victum distribuat domesticis & cibaria ancillis. *Pietati* deniq; quæ & ipsa intenta est precibus lectioniq; ac meditationi sacrarum literarum, & alios quoq; inprimis domesticos diligenter reddit intentos, omnis debetur benedictio divina. Quoniam igitur moestissimus Dn. Viduus D. Dorscheus Conjugem habuit, (utinam haberet adhuc, & habiturus fuisset diutius!) præcipuarum, quas diximus, virtutum ornamento decoratam, non potest non ipse tam desiderabilis boni jacturam ferre dolentiùs. Cæterum & nos, quæ ad commendationem pertinent laudatissimæ Matronæ *URSULÆ ROSÆ*, & quorum commemoratio ex ultimis humanitatis officiis est, non nostris, sed ipsius Dn. Mariti nunc proh! dolor vidui, velut optimi virtutum uxoris suavissimæ nunc desideratissimæ testis pariter atq; præconis, verbis penitùs hic reddituri, honorificam piè defunctæ memoriam non patiemur deinceps intermori.

Nata est, nunc cheu denata, URSULA, uxor mea desideratissima Anno 1610. 17. Decembr. Patre Leonharde ROSA Jur. Utr. D. & Ordinis Equestris Alsatici in circulo

Ortina.

Ottonis Henrici, Com. Pal. Rheni, Ducis Bavariae Consilia-
rio & Matre Margareta Hofimia. Avus ejus paternus fuit
Andreas Rosa, Ph. & Med. Doctor, Archiater Ambergae
in Superiori Palatinatu apud Illustrissimum Principem Dn.
Christianum, Principem Anhaltinum Administratorem
principatus ejus. Avia paterna, Sibylla Reinhardina, Plavia
Variscorum loco honoratissimo nata. Avus Maternus fuit
Georgius Höfflin von Bregentz/ Senator Argentoratensis.
Avia Materna fuit Magdalena, Andrea Schutzen cognomen-
to Poppard/ & Margareta von Fleckenbühl cognomen-
to Bürgel/ matrona nobilissima, filia.

Mibi desponsata Anno 1627. 5. Novembr.

Liberos habuit ad lucis hujus usuram perductos mecum,

I. Mariam Margaretam, natam Anno 1630. 6.
Apr. desponsatam Rev. & Cl. viro Dn. Joh. Grambsen/
SS. Th. Candid. & Ecclesiastae Mæno Francofurtensi.

II. Martham Magdalenam, natam Anno 1633. 4.
Novemb. sed denatam Anno 1638. 20. Aug.

III. Sibyllam Ursulam, natam Anno 1637. 16. No-
vemb. sed denatam 15. Decemb. ejusdem anni.

IV. Johannem Georgium, natum Anno 1644. 13. Feb.
adhuc superstitem.

V. Laurentinum Leonhardum, natum Anno 1647. 6.
Jun. eadem die denatum.

VI. Sibyllam Mariam, natam Anno 1649. 30. Martii,
denatam eodem anno, 25. Maii.

Per toleratos frequenter abortus & alia symptomata
debilitata, gravissimè multoties decubuit, semper tamen ita,

rei familiaris onus ipsa toleravit, & ex lectulo etiam va-
ludinario culinae totiq; domui imperavit, ne studiis labori-
busq; meis publicis remoram injiceret. Corporis mei &
curarum observantissima, graviter prospexit, ne vel cibus me
offenderet, vel importunior sollicitatio laceggeret. Libero-
rum educationi impensè dedita, submovit omnes scopulos, in
quos ego ex improvise casurus commoverer. Curavit &
domesticas facultates & rusticana mea pradia, etiam inter
bellica pericula rus non dedignata, sed imperterrito animo
eiusq; progressa, redditus & proventus collegit. Interim pie-
tatis studiis dedita & lectionibus meditationum, quas diversi
ediderunt Theologi. In primis S. Biblia durante matrimonio
novies perlegit, & relectione decima in Jobo substitit, ubi ad-
mirabile patientiae exemplar sibi imitandum proposuit, non se-
mel apud me professa, se Jobum in ferendis promtè imitatu-
ram, quicquid sit de compensatione post damna & passiones
eventura. Quoties ad peregrinos evocabar, toties illa si-
ne tergiversatione suffragata est. Et cum à Serenissimis
Ducibus Mecklenburgensibus, autore & auspice Serenissimo
Celsissimoq; Principe ac Dn. Dn. GUSTAVO ADOLFO,
Domino meo Clementiss. ad Academiam hanc sollicita-
ver, postquam res ultro citroq; discussa fuisset, & conditiones
adjectae desiderii honestissimae, accedentibus privatis opti-
morum Serenissimi Principis Ministrorum persuasionibus,
adeo se promtam stitit ad jacturam ordinatissima rei familia-
ris & tot aliarum commoditatum, ad fratrem uterinum
unicum, Clariss. & excellentissimum Virum Dn. Josiam Ri-
beli-

neum, cum & Juaviti Resp. Argentoratensis Consi-
liarium relinquendum, ad deserendum consanguinitatem &
affinitatem reliquam, ad patrios lares & natale solum, quod sui
dulcedine cunctos attrahit, postponendum, ut, cum ego in va-
ria oculos subinde circumspiciens, nonnunquam cunctabun-
dum me exhiberem, ipsa calcar addiderit, & vocationi
caelitus oblata parendum, nisi omnia ad versa experiri velim,
monuerit. Iter ingressa, non sine lacrymis filiam reliquit
Francofurtiunicam, quam supra dixi, quam illa in doloribus
suis sapissimè requisivit. Nihilominus ad fatalem termi-
num inter itineris molestias festinans, ad nullas hospitiorum
sordes nauseavit unquam, risit autem alios siue humi cuba-
tionem, siue stramineos lectos dedignatos. Quanto pro-
pius Meklenburgum attigit, tanto praesentiori fuit animo.
Ingressa Ducatum Deo humilimas egit gratias, propter cen-
tum & quadraginta miliarium iter feliciter emensum. Post-
quam Serenissimus GUSTAVUS ADOLPHUS di-
em, qua Rostochium odeundum esset, indixisset mihi, etiam
agra adhuc & nondum satis restituta, vehementer ga-visa est,
tanquam ad gubernationem Oeconomicam reditura, à qua
hucusq; submotà fuit. Sed illicò recidivam passa est, quam
multoties repetitam aquisissimo animo tulit, licet raro in publi-
cum prodire potuerit. Amicas quamplurimas experta,
tanquam bonum adventus sui omen, vehementer mihi com-
mendavit, & quomodo aliquando tot charitatibus responde-
ret, sollicita fuit. Recrudescente morbo, praesaga mente
nuper obitum suum ominata, indusium mortuale sua manu
concinnavit, & omnia ad horam decretoriam disposuit.

Acce-

Accedentibus convolutionibus in ipsius, quoad ultimavit,
adesse existimavit, & admisit quidem curas Nobilissimi &
Experientissimi viri D. Simonis Pauli, sed subinde tamen
intra spem metumq; stetit, non tam sibi vitam longiorem pre-
cata, quam mihi ex connubiali consuetudine diutius solatium.
At irruerunt ipsam convolutiones atrocissima & media nocte
& summo mane diei Sabbathi, & reversa die Dominica cum
diluculo, durarunt ad vespertinam usq; tertiam, postquam
animam Servatori suo tradidit, corpus Rostochio, tanquam,
pignus amoris sui erga has terras, reliquit, Anno etatis sue
quadragesimo tertio cum septimanis triginta tribus, conjugii,
vicefimo sexio, cum novimestri. Hareat in amplexibus
Sponsæ sui Dn. Jesu perenniter. Cedo lubens.

Hoc tuum illud est, Vir Excellentissime, profectum ex amore
conjugiali elogium, quo beatos dulcissimæ Uxoris manes non
immeritò honoras. Quanto cum animi mœrore id feceris, quisq;
facile intelligit. Verum quò devenies tandem, Collega hono-
rande? Nōsti ipse, non aliã lege tibi datam fuisse uxorem à
DEO, quam ut huic reposcenti, quod suum est, eandē redderes.
Acquiesces igitur voluntati divinæ, applicatis sauciato pectori
tuo, quæ cognita tenes ex verbo DEI, solatiis sanctis, nec tei-
psum animiq; tui dotes communi bono destinatas dolore con-
ficies. De cætero, sicut quemlibet vestrùm, spectatissimi ornatis-
simiq; Cives Academiae, aspera fors Viri hujus non leviter afficit,
ità ad exequias piè denatæ Matronæ, cujus, emortuum corpus
dormitorio Templi Jacobæi à meridie inferetur, decenti comi-
tatu frequentandas & cohonestandas, nec operosè vos nec pro-
lixè invito. Id enim singulos suã sponte facturos, & hoc ipso
condolentiam Profesori celeberrimo declaraturos confidi-
mus. P.P. Rostochii, sub sigillo Universitatis nostræ,
die 8. Septembris Anno 1654.

Convulsiu instituat in templo Mariano hodie horâ primâ.

liarium relinquendum, ad deserend
affinitatem reliquam, ad patrios lares
dulcedine cunctos attrahit, postponen
ria oculos subinde circumspiciens, ne
dum me exhiberem, ipsa calcar a
caelitus oblate parendum, nisi omnia
inonuerit. Iter ingressa, non sine
Francofurti unicam, quam supra dix
suis sapissimè requisivit. Nihilom
num inter itineris molestias festinan
sordes nauseavit unquam, risit aut
tionem, siue stramineos lectos ded
pius Meklenburgum attigit, tanto
Ingressa Ducatum Deo humilimas
tum Quadraginta miliarium iter,
quam Serenissimus GUSTAVU
em, qua Rostochium adeundum esse
agra adhuc nondum satis restituta
tanquam ad gubernationem Oecon
hucusq; submotà fuit. Sed illicò re
multoties repetitam aquisissimo anim
cum prodire potuerit. Amicas
tanquam bonum adventus sui omen
mendavit, Quomodo aliquando
ret, sollicita fuit. Recrudescente
nuper obitum suum ominata, indu
concinnavit, Quomodo ad horam

entis Consi
vinitatem
lum, quod sui
m ego, in va
cunctabun
Evocationi
periri velim,
liam reliquit
in doloribus
talem termi
s hospitiorum
e hurni cuba
Quanto pro
fuit animo.
propter cen
nsus. Post
LPHUS di
t mihi, etiani
ter garvija est,
ditura, à qua
assa est, quam
raro in publi
mas experta,
inter mihi com
bus responde
resaga mente
ale sua manu
am disposuit.
Acce

